

3757 [= 274*] apud Aceras in amphitheatro in via oppidi RED. Acerris denuo prodiit a. 1843 *nel costruirsi il condotto sotterraneo sotto la soglia di una camera terragna a fronte della strada Piazza*; deinde in aedibus Caporale CAPORALE. Is dedit a. 1860 museo Neapolitano. — Sine loco ACCVRS., adscribit tamen 'Clanis (l'Agno) non aequus Acerris'. Tarracone MANVT.; in Hispania (de v. 9—11 forma mutata) IDEM; Beneventi MVR.

TEMPLVM · HOC · SACRATVM · HER
 QVOD · GER[] · AVGVSTI · NOMEN · FELIX ·
 REMANEAT · STIRPIS · SVAE · LAETETVR ·
 PARENS · NAM · QVOM · TE · CAESAR · TEN
 5 EXPOSCE · DEVM · CAELOQVE · REPETES · SED
 MVNDVM · REGES · SINT · HEI · TVA · QVEI · SORTE · TE
 HVIC · IMPERENT · REGANTQVE · NOS · FELICIBV
 VOTEIS · SVEIS ·
 L · AVRELIVS · L · F · PAL · RVFY · PRIMOPILARIS · I
 10 XVI · MILITANS ST
 IMP · CAESARIS
 / / / / /

Recognovi diligenter. Redianus f. 476' (inde Gudius ms. 949, 1); Accursius in folio solitario inserto fasciculo Beneventanarum n. XII (inde Mur. 116, 4 ex schedis Ambrosianis; ex Mur. de Vita Benev. p. 78 et 1, 16); Manutius in apparatu scripto non habet, edidit quaest. epist. 3 p. 48 (ex eo Grut. 50, 6; inde Finestres 3, 3; Florez *Esp. sagr.* 24, 140; Masdeu 19, 635, 2171); idem l. c. repetit v. 9—11 paullo mutatos (inde Grut. 531, 4); Gaet. Caporale *dell' aria, dell' acqua e di alcuni monumenti Acerrani* (Neapoli 1856) tab. ad p. 15 et denuo *dell' agro Acerrano* (Neapoli 1859) tab. ad p. 412 (inde potissimum Minervini *Bull. Nap. N. S.* 4, 155); Nissen *Hermes* 1, 152; Fiorelli cat. n. 1136.

Lapis adhuc ita integer est ut fuit saeculo XVI, sed interim passim detritus. Confirmant tamen vestigia lectionem auctorum antiquorum, nec plane elementa evanuerunt nisi quae inclinata dantur. Lectionem variam subieci trium auctorum antiquorum Rediani Accursii Manutii. — 1 HERCVLI Red. ex supplemento. — 2 QVOD GERM·AVGVSTI Red., ///VOE·CE///// AVGVSTI Acc., ...AVGVSTI Man. Litterae QVOD·GE, item punctum ante AVGVSTI certa sunt; post ea quae sequuntur litterae mihi RE visae sunt esse; Zangemeister autem, qui a me rogatus accurate lapidem examinavit, ait in tertia littera media cerni quidem lineolam quae speciem prae se ferat ductus lateralis medii litterae R, sed posse eam item partem esse ipsius hastae infra crassioris magisque sibi videri fuisse ibi N. Quae sequuntur tres quattuorve litterae plane evanuerunt. GERMANICI, quod dedit Nissen, in lapide non fuisse certissimum est; ego quod infra dedi, debeo Buechelero. Erasionis antiquae vestigium nullum cernitur. — 3 fin. v Acc., om. Red. Man. — 5 EXPOSCE Man. — REPERIES Man. — SEL Acc., SEM Red., om. Man. — 6 HEI EI Red. — TVA·QVEI TV..EI... Man. — TE Acc., FE Red., om. Man. — 7 FELICIBVS Acc. Man., FELICI Red. — 9 AVFIDIVS Red. — L·F om. Red. — RVFVS Man., RV... Acc., FVRIVS Red. — 10 MILITARIS Man. — ST Acc., SEC Man., om. Red.

Post curas Hauptii (apud Nissenum l. c.) et Buechelero (anthol. spec. I n. 2, item in litteris ad me datis) aliorumque peritorum virorum nihilominus in tribus primis versibus adhuc parum constat, quomodo hiatus non magni explendi sint. Equidem satis habui adscribere adhuc inventa aut certa aut certe tolerabilia, addens mihi quidem agi videri de aedivula Laribus (= ἑρωσι, cf. Dion. 4, 14 et gloss. Cyrill.: *Lares ἑρωσις*) Augustis ita dedicata, ut sub eorum imaginibus C. et L. Caesares colerentur.

Templum hoc sacratum her[]oibus, qui] quod ger[]unt Augusti nomen, felix []illis] remaneat, stirpis suae laetetur u[]t regno] parens. nam quom te, Caesar, tem[]pus] exposcet deum caeloque repetes sed[]em, qua] mundum reges, sint hei, tua qui sorte te[]rrae] huic imperent regantque nos felicibus voteis suis.

3758 litteris magnis. Rep. in agro Acerrano, *contrada Varignano, casitto di Viola*; deinde Acerris apud Caporalium CAP. 1859. Is 30 Apr. a. 1860 dono dedit museo Neapolitano.

C · FVFCIO · C · F
 FAL · FANGONI
 H · P · AED sic
 EX · TESTAMENŌ

Recognovi descriptam a Nisseno. Caporale *dell' agro Acerrano* (Neapoli 1859) p. 413; Fiorelli cat. n. 1138.

3 *h(omini) p(robo) aed(ili) potius quam h(e-redes) p(osuerunt) aed(iculam).*

3759 [= 3549] Acerris rep. LVPOLI; cuius fide haec loci indicatio stat. Extat Neapoli in museo.

⊗ H E V R E S I ⊗
 GN · STENNIO EGNATIO GN STENNI
 EGNATI RVFI · FIL FAL PRIMO III VIR
 IT QQ OMNIBVS ONERIBVS ET
 5 HONORIBVS FVNCTO SAC · P ·
 DEAE ISIDIS ET SERAPIDIS · CVRAT
 OPERVM PVBL · INGENVI HONORATI
 ET AVGVSTALES PATRONO DIGNISSI
 MO OB INFINITA MERITA EIVS CV
 10 IVS DEDICATIONE SINGVLIS VNI
 VERSISQ EORVM IS CENTENOS N
 DEDIT DIEM AVTEM LVDORVM PLENISSI
 ME EXHIBVIT L D · D D ·

Descripsi et recognovi. Lupoli iter Venus. p. 12 (unde videtur habuisse Mazzarella-Farao in ed. 2 Lucaniae Antonini II, 316); Gervasio Mav. Loll. p. 29 (cf. Cael. Ver. p. 16); Fiorelli cat. n. 1137. Orelli 3716.

XLIX. SVESSVLA (Arienzo).

Anno u. c. 416 cum devictis Latinis res Campaniae a Romanis ordinarentur, condicio quae duabus urbibus primariis Capuae et Cumis dabatur, scilicet civitatis Romanae dempto suffragii iure etiam cum Suessulanis communicata est (Liv. 8, 14, 14); itaque his ius dicunt praefecti Capuam Cumas (Festus p. 233 v. praefecturae) et prodigia inde Romam nuntiantur (Livius 25, 7, 7). Praeterea annales passim oppidi meminerunt maxime propter castra quae diu supra id Romani in bello Hannibalicum habuerunt (Livius 7, 39, 4. 23, 14, 13. c. 17, 3. c. 31, 3. c. 32, 2. c. 39, 8. 24, 13, 9. c. 46, 1. 25, 22, 7). Adsignationis Gracchanae in hac regione factae indicium fecit n. 3760. Coloniam eo deduxit Sulla teste indice coloniarum p. 237: *Suessula oppidum: muro ducta: lege Sullana est deducta: ager eius veteranis limitibus Sullanis est adsignatus: iter populo non debetur, neque causa est, cur id in dubium vocemus. In titulis rei publicae condicio non definitur, magistratus ponuntur censores* (n. 3763), si recte ita suppletur, *Ilviri* (n. 3764. 3765) et *quaestores alimentorum* (n. 3764), commemorantur

item *dendrophori* (n. 3764) et *cultores Iovis optimi maximi s(antissimi?) Hortenses* (n. 3764). Nomen ponunt index fortasse nundinarius Allifanus (vol. IX n. 2318: [Sues]sulani) et Strabo 5, 4, 11 p. 249 inter oppida Campaniae minora et Plinius 3, 5, 64 et itinerarium Peutingeranum in via Capua Nolam (supra p. 58 n. III). — Vicina mansio ad Novas viae Capua Beneventum et in itinerariis (supra p. 59 n. VIII) recensetur et in titulo n. 3764 mentio fit *sacerdotis magnae deae XVviralis in vico Novanensi*, qui item est *dendrophorus Suessulae*. Extat adhuc sub nomine antiquo *S. Maria la Nova*.

Scripserunt de Suessula Nicolaus LETTIERI (*storia dell' antichissima città di Suessola e del vecchio e nuovo castello d'Arienzo*. Neapoli ed. 1 1772. 4. pp. 344; ed. 2. 1778 pp. 402) et Iosephus de MONTEMAYOR (*cenno storico delle città di Suessula e di Arienzo*. Neapoli 1872. 8. pp. 103). Mea causa locos adiit Fridericus DVHN. Veri tituli inde prolati pauci sunt, multos autem falsos tam Suessulae quam vicinae Calabriae attribuerunt LIGORIVS et PRATILLIVS.